

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Imperium firmum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*temporaria lignea primo fuit. Rationem Festus tradit, quod frondem præ se perennem ferat: postea vero ma-*  
*quercum.*  
*Hac omnia*  
*& Plin. libr.*  
*16. c. 4.*  
*Tum quod*  
*deinde apud*  
*Gracos su-*  
*nibes/ in*  
*quamcumq;*  
*arborem*  
*glandife-*  
*ram signi-*  
*ficat.*

*gis placuit ex esculo Jovi sacra, ubique custodito honore glandis, ut Plinius author est. Nota sunt  
 que & quanta tribui solita sunt iis qui civicam meruissent. Ea quippe ut licebat perpetuo in iudicio.  
 Indumenti assurgi etiam à Senatu moris erat, Senatusq; proximus erat locus assignatus, Vacatio mu-  
 nerum ipfi, patrue & avo paterno dabatur, quod filium adeo publicæ rei utili geniussent. Neve-  
 ro temere daretur, arctiores additæ sunt leges, ut quippe civis qui servatus esset, servatum se esse si-  
 teretur, aliter testes in eo negotio nihil proderant, neque si quempiam alium quam Romanum  
 venum servasset, quantumvis Regem. Ciceronem civica ad donandum L. Gellius censuit, quod ejus  
 opera esset atrocissima Catilina conjuratio detesta, vindicataque, atque ita non civis unus, sed uni-  
 versa Romana civitas servata, meritoque ut ait ille:*

*Roma patrem patrie Ciceronem liberi dixit.*

#### AMULETUM. CAP. II.

**H**ecate quoq; queru coronari solita est, in cuius manu hasta imponebatur, & homeros multis &  
*Draconum* spiritis implicabatur. Hujusmodiq; Deæ simulacrum ante januam dedicari solitum  
*Æschylus* tradit, ibique incantationum amuleum habebatur.

#### VIRTUS. CAP. III.

*Clava Her-*  
*culea.*

**H**erculeam vero clavam illam valido plurimum de robore fieri solitam, virtutis simulacrum esse,  
 optimi quique authores tradunt. Tum etiam numus Gordiani Pii declarat, in quo Hercu-  
 les nudus cum clava spectatur, cum inscriptione, VIRTUS AUGUSTI. Nervæ autem Irajano ex S.C.  
 quod in numis appetat, decretum est Leonis caput clava supererecta, cum inscriptione unius illi  
 maxime attributa, quæ est, OPTIMO PRINCIPI. Nec præteribo Commodi vanitatem, in cuius num-  
 vidimus ingentem clavam cum inscriptione, HERCULI ROMANO AUG. S.C. & ad hæc coronam  
 civicam circumductam. In aliis ad adulacionem hujusmodi cufis, Hercules est facie ad ipsius Com-  
 modi similitudinem informata, cum spolio & clava in lava, dextera coronam trophyo superimpon-  
 nens: literæ, HERCULI ROMANO AUG. Accepit enim is statuas Herculis habitu, eique immolatum  
 est ut Deo. Harum unam adhuc integrum cum clava & Hyla, Julius II. restituit pro foribus mil-  
 superioris palati Pontifici, ubi nunc porticus Leoniana. Sedenim Leo X. statuam amoreveri jussit,  
 neglectamq; in angulum rejici. Neque vero clavam Herculi semper ex Robore fuisse perhibent:  
 verum & ex Oleastro, cuiusmodi ea fuit quam Mercurio πολυτέλεια dicavit, quam iterum pullulasse  
 fama est. Nam Trezenii Oleastrum ex ea clava natum olim ostentare cœlisseverunt. Pifander & ahe-  
 nem Herculi clavam fuisse dicit.

#### FORTITUDO. CAP. IV.

*Sumitur*  
*etiam per*  
*translatio-*  
*nem pro a-*  
*nimi forti-*  
*tudine, ne*  
*dum co/po-*  
*rii.*

**J**am vero fortitudinem validasque vires Quercum significare mos est multorum, sive nomen  
 ipsum sequuntur, quæ roboris elogio censetur; viribus enim præstantes viri, ut Festus ait, robusti à  
 robore nuncupantur: robur vero à robo colore rufo, quod ea materia plurimas ejus coloris venas  
 habet, sive insitam illi vim admirantur, quo incorrupta materies, & ad ædium perennitatem facere,  
 magnis inde acceptis utilitatibus, comperiatur.

#### DIUTURNITAS. CAP. V.

*Suetoni: in*  
*Galba c. 4.*

**E**adem autem de causa diuturnitatem etiam significat Quercus, quod ejusmodi sit ejus vis, ut in  
 seros usq; annos prorogetur, præcipue cum vel defossa, vel aquis macerata per tempus aliquod  
 fuerit. Quare augures non injuria avo Galba fulgor procuranti, cum extra de maribus Aquila ra-  
 pisset, & in frugiferam Quercum contulisset, summum, sed serum imperium portendi familiæ re-  
 sponderunt: quod eventus mox comprobavit.

#### IMPERIUM FIRMUM. CAP. VI

*Quin Rhei-*  
*ara frondib.*  
*queru co-*  
*ronabatur.*

**I**mperii firmitatem per sceptrum ex querno trunco significatum invenio. Sceptrum autem cum fo-  
 liis queru in columnam quadam ex alabastrite Viterbiæ spectare licet, inferioribus quippe ramis  
 ampu-

A amputatis, superioribus autem ita mutuo complexis, ut oculi speciem reddant. Plutarchus Osirim apollonius  
hujusmodi signo redditum arbitratur, qui, ut nonnulli prodidere, non Ægypti solum, verum & Ita lib. 1.  
Iz, & torius ferè terrarum orbis imperium obtinuerit. Ajunt vero sceptræ hujusmodi ita pluribus Argon.  
ramis ornari solita, ut plures erant provinciæ, quibus is imperitaret, cuius honori & nomini dica- profert eti-  
am plurimam esse id monumenti. Quercus enim Rhea, quæ terra est sacra, ut Apollodorus, 3. de Dii, ait, *mu* alias  
Quin eos omnes quernis coronari tradit, ob utilitates quas arbor ea tam in ædificiis, quam in pri- riss quare-  
mo viœ præbuit. *Theophras-*  
*bus libr.*

**OSIRIS. CAP. VII.**  
MACROBIUS in hac oculi specie, quæ ab incurvatis ad complexum hinc inde ramis, ut in nobili. c. 3. § 9. de  
Matis vestra gestaminibus spectare est, cum Osiridis nomen agnoscit, tum Solis id esse signum plant. hist.  
contendit. Oculi vero similitudinem ideo poni, quia Sol regali potestate cuncta despiciat, unde illi Macr. lib. 1.  
oculi cognomentum apud antiquos. Sedenim de oculo eo commentario disputatum, quo per singu- Satur. c. 21.  
las humani capitï partes, quæ aliquid significant, decurritur. Ad Verbum à Suetonio  
in Vespaf. c. 5.

B PRINCIPATUS. CAP. VIII.

CETERUM & in Aruspicum disciplina Quercus principatum ostendit, quod multis olim auguriis Flaviorum  
observatum est: ex quibus illud præcipue referendum videtur, quod in suburbano Flaviorum Quercus.  
Quercus antiqua, quæ Marti sacrata erat, per tres Vespasias partus singulos repente ramos à fru- Sueton. in  
tice dedit, haud dubia signa futuri cujusque fati. Primum quidem exilem & haud ita multo post Galba. c. c.  
arefactum, ideoque puella nata non perennavit. Secundum prævalidum ac prolixum, & qui ma-  
gnam portenderet felicitatem. Tertium vero instar arboris: quare patrem Sabinum ferunt aru-  
spicio insuper confirmatum renunciasse matri nepotem ei Cæsarem natum. Contra vero sceptrum  
novissimo Neronis anno de Augusti manibus excusum fulmine, imperium Cæsaribus divinitus  
abrogatum indicavit.

FERITAS. CAP. IX.

QUORUNDAM ETIAM INVENTUM FUIT ANIMI FERITATEM EX QUERCU SIGNIFICARE, QUOD ETIAM NON IGNORABANT. HOM. ODYS.  
QIBILES POETÆ AGRETES HOMINES, IMMITES, ATQUE SÆVOS, NULLISQUE HUMANIS MORIBUS EXPOLITOS, T. NAMNA-  
DUR EX ROBRE NATOS DICITABANT: DE QUO INTERPES HESIODI: VETERES AIT FILIOS IN QUERCUBUS AUT QUE FARI-  
PETRIS EXPONERE SOLITOS, URBUM TECTORUM VE COMMODITATE NONDUM ADINVENTA, DATAMQUE HINC AN-  
FAM, UT EX PETRIS AUT ROBORIBUS GENITI VIDERENTUR.

OBSCENITAS. CAP. X.

HABET & GLANS IPSA SUUM SIGNIFICATUM, IDQUE OBSCENO SATIS INTELLECTU, OB EAM SCILICET QUAE PRÆ-  
DATA EST FIGURAM, PUDENDI VIRILIS MUCRONI PENE SIMILEM, ATQUE HINC ARCADUM OBSCENITATEM IN-  
CESSI REPERIAS, QUOD ΒΑΛΑΒΟΦΑΙΟΙ, ESSENT. UNDE DIogenes EJUSMODI NOTE ADOLESCENTEM ARCADEM  
DIXIT, IS CUJUSMODI VIDERETUR ESSE INTERROGATUS: INTELLIGEBAT ENIM ARCADIAM INFAMEM ESSE, UTPOTE  
QUAE LUXU DELICIOSA BARBARICIS CORRUPTA ESSET. ALII REFERUNT AD STUPOREM, UNDE DIXERIT ETIAM JUVEN.  
LETA IN PARTE MAMILLÆ NIBIL ARCADICO JUVENI SUBFULTARE. SED CUM PRIORE SENTENTIA FACIT ALTERUM EJUS- D. Læterine  
DEM CYNICI DICTUM, APUD QUEM CUM MENTIO FIERET DE PUERO QUODAM QUI MALE PUDICITIAM TUTABA IN EJUS VITA.  
TUR, DIogenes CUJUSNAM IS ESSET INTERROGATUS. TEGEATES, RESPONDIT, LUDENS SCILICET EX AMBIGUO: NAM QUID CELUS  
TEGEA CIVITAS EST ARCADIA: TEGOS AUTEM INTERDUM PRO LUPANARI PONITUR.

IRA DELINITA. CAP. XI.

IPSÆ DENIQ; ARBOR QUERCUS, EA INSIGNIS ASPERITATE, QUAE OMNIBUS CONSPICUA EST, NON IMMERITO FERTUR Plin. lib. 24.  
USQUE ADEO INIMICA OLEA, UT EAM JUXTA SE POSITAM EXTINGUAT. OLEA VERO CUM SIT PACIS, MANSUETU- cap. 1.  
DINIS AC LENITATIS INDICUM, EXCQUITATUM EST QUERCUM OLEA COMPLICARE, CUM IRACUNDIAM ATQUE IN- Videntius  
EXORABILEM ANIMI ASPERITATEM SELE AD LENITATEM DEDILLE SIGNIFICANDUM FUERIT. CONTRA ADDAM ΝΕΤΡÆ FISS, ubi  
THEOPHRASTÆ & EA, QUAE BENEFICIUM A QUERCU CONSEQUUNTUR: SCRIPTORES ENIM NATURALIUM RERUM, HEDC-SUPRA.  
RAM QUERCINAM, VISCUM QUERCINUM, & POLYPODIUM QUERCINUM OPTIMUM DICUNT,